



**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,  
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

**Busaeus, Johannes**

**Mogvntiæ, M. DCVI.**

37. Dom. 4. post Trinit. Estote miseri cordes. Luc. 6.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](#)

volunt, ut sibi congratulemur, quando aliquis ad fidem vel bonam vitam conuertitur; si angeli gaudent, qui tamen non sunt eiusdē naturæ nobiscū, quanto magis nos debemus gaudere, cum sit noster frater, eiusdē nobiscum naturæ, considera, ex hac parabola sequi nullum prorsus posse desperare. Si enim gaudent omnes angeli in cœlo, si gaudet Deus, ita ut cupiat sibi etiam ab alio congratulari, de conuersione peccatoris, tanquam de inuerto thesauro perditō; qua de causa poterit quis vel cogitare de desperatione?

DOMIN. IV. POST TRINIT.

*Estote misericordes. Luc. 6.*

I. **D**IXIT Iesus discipulis. *Estote misericordes, sicut & pater vester cœlestis misericors est. Nolite iudicare & non iudicabimini. nolite condemnare & non condemnabimini. Considera, hic monita valde salutaria præscribi pro dilectione proximi. Primum est ut in misericordia exercenda erga proximum imitemur parrē cœlestē, qui omnibus ad se clamātib. aures præbet, gratiā largitur, ignoscit, malos & ingratos præuenit, cōuertit & saluos facit: ut saepe abūdet gratia, ubi abūdauit delictū: Alterū est, nō iudicare illū*

i. curio.

N  
ndo ali-  
nuerti-  
on sunt  
gis nos  
cater, e-  
a, ex hac  
se despe-  
i in cœ-  
i etiam  
one pec-  
uro per-  
cogitare  
  
N I T.  
5.  
nisericor.  
nisericors  
ni. nolite  
i. Con-  
præscribi  
est ut in  
imum i-  
bus ad se  
gitur, i-  
t, cōuer-  
ratia, vbi  
icare illū  
i. curo.

DOM. TOTIVSANNI. 81

curiosè in mores eius inquirere, facta eius, cum dubia sunt, in malam partem non interpretari, non male suspicari, si superior non sis; ne & tu iudiceris à Deo omnium conscientia. Tertium, nec condemnare, id est, illum æterna vel temporali pena dignum dicere, sicut Phatisæi damnabant adulteram, quam Christus absolvit. Luc. 7.

Dimittite, & dimittetur vobis. Date &<sup>Lxx.</sup> dabitur vobis, mensuram bonam, &c. eadem enim mensura remetetur vobis. Considera 4. monitum de dilectione, quod est, ignoscere contra nos delinquenti. Si enim dimiserimus hominibus peccata eorum, inquit alibi, dimittet & nobis pater cœlestis delicta nostra. Quintum, est dare libenter eleemosynam aliis. Diligere enim debemus proximum non verbo, sed opere & veritate ait. B. Ioannes, Et vicissim à Deo dabitur nobis, nempe omne bonum corporale & spirituale; mensura conferta, id est, bona fortunæ; coagitata, id est, gratiæ: superfluens, id est bona gloriæ. Merces enim vitæ æternæ longè excedet bonorum nostrorum operum valorem.

Quid vides festucam in oculo fratris tui, trahem autem que in oculo tuo est, non consideres? Considera hoc ad perfectionem fe-

E cundi.

§2 MEDITATIONES IN

cundi moniti pertinete, vt non occupes te  
vnquam in inquirendis, notandis, vel ar-  
guendis aliorum vitiis & lapsibus, sed per  
examen quotidianum conscientiae seuerè  
inquiras & animaduertas in proprios, qui  
sunt aliquādo tristes, id est, mortales: quia  
non de alienis, sed de propriis reddemus  
rationem in die iudicii.

D O M. V. P O S T T R I N,

*Christus docet ex naui Petri.*

*Luc. 5.*

1. **T**URBA irruente Christus ascendit in na-  
uim Petri, & in ea pusillum à terra redu-  
cta sedens docuit turbam. Considera, quan-  
to feroore turba hæc accurrerit ad audi-  
endum verbum Dei, nos autem non ad au-  
diendas pias exhortationes, sed ad audi-  
endas nugas, & noua huius sæculi pari fero-  
re saepe feramur. 2. Christum docere è na-  
uii Petri, vt ostendat Romanam Ecclesiam  
variis tempestatibus in mari huius mundi  
agitandam, vt virtus eius magis elucescat,  
& te idem passurum, si in ea persistas. 3. na-  
uim reductam fuisse à terra, quia doctrina  
concionatoris & vita non debet esse ter-  
rena, sed cœlestis.

*¶ 1 celi*